

Mythologia, Venise, 1567 - II, 01 : De Ioue

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[01-03\] : De Ioue](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 01 : De Ioue](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 02 : De Jupiter](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 01 : De Jupiter](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - II, 01 : De Ioue, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/803>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination25r°-35v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Jupiter](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

tus, mentem inquit cuncta ex illa formasse, & Anaxagoras Clazomenius cū ē similibus inter se partientis corpora naturalia consilire credidisset, inutilem earum presentiam esse arbitratus, nisi opifex ad eas inter se componendas accessisset, quem diuinam mentem appellauit, cuius hoc celeberrimum carmen circumfertur:

Non è il *Paragone* ma il *Libro*.

Mens autem una est omnium quæ cernimus.

Pythagoras Samius principia rerum omnium numeris ratus, cum monadē ac binarium introduceret, materiam scilicet & opificem, Deum in medium protulit, quem per monadem significavit. Empedocles Agrigentinus post elementa quatuor, quæ tanquam generationis materiam introduxit, quod videret ea esse per se segnia & inutilia, amicitiam opificem & conciliatricē, dissidium corruptionis causam putavit. Socrates & Plato post materiam & Idæam, quæ ut formæ exemplar intelligitur, Deum addiderunt generationis autorem. Zeno Citieus cum formam nusquam sine materia posse consistere crederet, solam materiam & Deum cuncta efficere dixit, quod ex his forma oriretur cum ad opus accederent. Anaximander qui infinitum, Anaximenes qui aerem, Heraclytus qui ignem, Epicurus qui corpora solida, nō creata, sempiterna, mente percepta, quas atomos vocat, Aristoteles, qui materiam & formam principia putarunt esse omnium, cum nihil de opifice dixerint, aut similes de Deo quidpiam dixerunt, nullumque crediderunt esse, aut eum res humanas non curare putarunt. Qui enim potest quod nusquam est existenti accedere sponte sua, & a nemine accersitum aut id, quod neque rationem in se habet, neque cognitionis initium, quomodo potest res tam præclaram ad se accersire, & ut ad se veniat impetrare? An fieri potest villo tempore poculum vel si sit argentum, nisi artifex ad poculi formam illud perducatur? nunquam profecto forma sua sponte accedet ad argentum, neque argentum illam non audientem omnino villo tempore aduocabit: quæ res ut in his quæ sunt artis, ita in naturæ actionibus cōtingit. nihil enim fieri potest, quod non fiat diuina providentia. Quare mihi valde ridiculi videntur illi, qui omnia fortunæ attribuunt, mundumque ipsam ex minimis corporibus assidue celeriterque fortuito & temerario motu agitata multis in vnum conglomeratis coagmentatum fuisse censuerunt: qualis Epicuri & Democriti fuit opinio. Nam tametsi de Deo nescio quid balbutiebant, tamen in idem propè cum Diagora Mileσιο, & Theodoro Cyrenensi, Eumeroque Tegeate ceciderunt. Pater igitur neque sine opifice Deo quidquam fieri posse, nec Deos esse plures, sed vnum, & eundem sempiternum, & cuius infinita sit potentia, & eum esse rerum omnium autorem, qui neque mas est, neque femina, at num Iupiter is sit ab antiquis appellatus, an alius fuerit Iupiter, nunc perquiramus.

De lout.

Cap. I.

A Ge vero Iupiter is, quem patrem hominum, ac Deorum Regem appellarunt antiqui, quid diuinitatis habuerit, aut quam originem, nunc inuestigemus. Sed quoniam non vnus, at plures Ioues fuerunt, idcirco varia loca in quibus natus sit, varixque educationes, & varix res gestae Iouis à variis scriptoribus referuntur. Nam Iupiter, qui Saturni filius fuit,

Mythologiæ.

ad quem omnia propè aliorum facinora referuntur, modo in Creta, modo Thebis, modo in Arcadia, modo apud Messenios natus esse dicitur, cum nullo pacto fieri possit ut hæc inter se tam diversa cõsentiant. Nam tametsi multas educationes propter varios rerum euentus vni facile quis accommodauerit, tamè ut idem multis in locis natus sit, fieri omnino non potest. Quod autem multæ ac varix fuerint nationes, quæ apud se natum Iouem gloriarentur, testatur Pausanias in Messeniæ, ubi longum & difficile fore inquit populos enumerare, qui Iouem apud se natum & educatum asserunt. Verum cum Ioues plures extiterint, tum omnes Reges Ioues appellabantur antiquitus, ut ait Isacius his verbis, *Ἰὼν δὲ ἡ μάλα κρατερός ἐστι δὲ καὶ τοῦ βασιλῆως*. Ioues Reges omnes vocarunt antiqui, & Zetes in varia historia; *Ἰὼν δὲ βασιλεὺς ἐστὶν ὡς ἐκείνους καὶ τοὺς βασιλεῖς*. Reges autem olim Ioues vocarunt omnes. Ea causa factum id est, quod Iupiter is, qui primus ita fuit nominatus, præclara in mortales beneficia, & in Athenienses præcipue contulit, Nam rudēs adhuc populos legibus à se cõstitutis parere persuasit, certa matrimonia instituit, ferino more viuentes ad cultum Deorum erexit, omnia diuina providentia gubernari demonstravit, arasque, & sacerdotes & cerimonias illis instituit: qui cum Arcas esset, & obscuro loco natus, pro animi virtutibus ignobilitatem corporis occultantes homines beneficiis affecti Aetheris illi & Diei filium esse tradiderunt: quod ego nihil aliud significare voluisse crediderim, quàm veritatis & sapientiæ. Ut igitur Cæsares omnes Romanorum Imperatores ad primi Cæsaris auspiciū vocati fuerunt, ita Ioues Reges omnes ad Iouis Arcadis auspiciū dicti sunt ab antiquis. Cum vero omnia postea & Arcadis & cæterorum eius nominis facinora vni Saturni filio Iouitertio attributa sint à poetis, reliquis omisissis qui ortus & educatio ipsius extiterit, perquiramus. Scriptum reliquit Pausanias in Messeniæ fontem fuisse in Ichomes iugo, cui nomē Clepsydræ, in quo ab Ichome & Neda Nymphis nutricibus Iupiter, à Curetibus ob metū Saturno surreptus, lotus fuerit: atque cum Iouis incunabula Messenii sibi vendicent, tum à furto Curetum fonti nomen datum, & à nutricibus fluuiio & monti asserunt, sacraque solennia Ichomata in honorem ipsius Iouis apud se ostendere ad rem confirmandam solebant. Cum hæc scripisset in rebus messeniorum Pausanias, mox in Arcadicis apud suos fontes fluuium illum inquit qui Gortynā præterlabitur, Lusium appellari, quod in eo Iupiter recens natus lotus fuisse credatur. Hæc loca non parum inter se distant, cum Messana Siciliæ sit ciuitas Peloro monti propinqua, atque Arcadia multo maris terræque spatio interiecto per vnum gradum cum dimidio alterius fere ad cœlestem longitudinem à Sicilia distet. Mox idem Pausanias in Bæoticiæ Saturno ereptum Iouem in Egotia scribit, & supra Cheronei montis præruptam esse montis crepidinem, qui mons vocatus est Petrarchus, ubi pro Ioue oblatum esse saxum Saturno à Rheæ memorant; qui locus etiam non parum distat ab Arcadia, at à Messana multo etiam magis. Neque credibile est nuper nati Iouis sanguinem, & reliqua immunda excrementa, quibus nascentes infantes operiuntur in tam longinquis fontibus lota fuisse: qui si his non erat, ut cæteri cum nascentur, inquinatus, quid opus erat omnino vel in Lusio flumine lauari? Sūt qui Thebis Bæotix natum esse Iouem autumant, quod in his sentit Lycophron, apud quem Cassandra loquitur de Hectore, illa significans, quæ erant illi euentura: ut est in his,

Ἐπεὶ δὲ Εὐρώπῃ πάλιν αἰετὶς ἔφρασε
 Τερψιχόρῃ, πολλὰ μὲν ἔρεα καὶ πότμος δαίμων,
 οὐδὲ τίς κενὸν ἀνέστι φρεσὶν φέρον
 γαῖαν, ἀνέστι τῶν δόλων θύρα,
 Πάρος δὲ παρὰ τὴν ἑσπέρην ἀγέμεναι,
 Ἀλλ' ἀνέστι πρὸς ποσσὶν ἄλκιμα πόδες.
 Frater mihi dilecte mente plurimum,
 Tureta sola qui domus, & patrie es;
 Cruore taurino inquinabis crepidam,
 Regi Ophionis sedium cum plurimas
 Mactabis hostias: is inde dux erit
 Petas utrius ipse patrium solam.

Fama est enim quod cum fames & annonæ penuria cæli vitio Græciam occupasset, responsum datum fuit cessaturam eam calamitatem, si Hectoris ossa in Ophryno loco Troia iacentia in eam Græcam ciuitatem comportarentur, quæ Iouis esset patria, & ad Troiam non militasset. Hanc urbem perquirentes solas Thebas hæoriz immunes fuisse ab ea militia inueniunt. Atque id patrium solum Iouis dictum est, quod is ibi natus esse à nonnullis credatur, ut testatur illud epigramma, quod adulans Thebanis dicit ibi esse Deorum insulas, quamuis Thebæ non fuerint omnino insula;

Αἰετὶς ἡνὶ μὲν ἡνὶ γαῖᾳ, τὴν γαῖαν αἰετὶς
 ἔρεα τῶν θεῶν ἔρεα τῶν θεῶν, τὸν δὲ τὸν δὲ
 Insulae ibi fortunatae sunt, Regem ubi Diuum
 Alma Iouem peperit Rhæa, qui nunc fulmina torquer.

Alii in Creta Iouem natum & educatum fuisse dixerunt, ut testatur Lucianus in sacrificiis hoc pacto: οὐδὲν ἄνθρωπος, οὐδὲ θεὸς ἐστὶν ὁ ἀνέστη, οὐδὲ παρὰ τὴν γαῖαν τὴν δὲ ἡνὶ γαῖᾳ, ἀλλὰ καὶ τὸν δὲ τὸν δὲ δαίμονα, Rursus autem Cretenses non solum natum esse apud se Iouem memorant, aut sepultum, verum etiam sepulchrum illius ostendunt. Illud etiam confirmauit Virgilius lib. 4. Georgicorum, ut patet ex eo carmine;

Dictæo cæli Regem pauere sub antro.
 Est enim Dictæ mons Cretæ, ut ait Ptolemæus. Hunc in antro Dictæi montis habitasse, testatur Apollonius Rhodius ita lib. 1. Argonaut.
 Ἰσθμὸς γὰρ ἔστι καὶ τῶν θεῶν, ὅς ἐστιν ὁ ἀνέστη, οὐδὲ παρὰ τὴν γαῖαν
 Δικταῖος καὶ τῶν θεῶν ὁ ἀνέστη.
 Donec erat paruus, donec puerilia sensit
 Iupiter, incoluit Dictæi montis in antro.

Eundem Idæum appellauit Callimachus in hymno in Iouem, quod in Ida sit natus & educatus;

Ἰδῶν, οὐ μὲν Ἰδαίῳ τῶν θεῶν καὶ τῶν θεῶν
 Ἰδῶν, οὐ μὲν Ἰδαίῳ τῶν θεῶν καὶ τῶν θεῶν
 Iupiter Idæis aiunt te in montibus ortum
 Arcadicoque solo.

Est enim Ida mons Cretæ, ut ait Dionysius in libello de situ orbis;

ἀνέστη, οὐ μὲν Ἰδαίῳ τῶν θεῶν καὶ τῶν θεῶν
 Πάρος δὲ παρὰ τὴν ἑσπέρην ἀγέμεναι, καὶ τὸν δὲ τὸν δὲ
 Ἰδῶν, οὐ μὲν Ἰδαίῳ τῶν θεῶν καὶ τῶν θεῶν
 Creta Iouis magni nutrix veneranda, seraxque

Mythologia.

Et frugum & pecoris, nemorosa huic imminet Ida,
Ida frequens piceis, & quercubus optima mater

Sic & Virg. lib. 3. Aeneidos;

Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cuna bula nostræ.

Qui igitur Cretensem Iovem crediderunt, ab eo monte Idæum appellarunt, ut illud;

Idæumq; Iovem, Phrygiæq; ex ordine matrem.

- 10 At qui in Arcadia Olympiū, quia Lycæus dictus est Olympus ut ait Pausanias in Arcadicis, cuius vertex Sacrum Iugum vocatum est, quod ibi Iovem vulgo credunt fuisse educatum. Cum tantam igitur de Iouis patria cōtentionem videret Callimachus, ita cecinit in Hymnis.

Πῶς ἔγχετ' Ἰδαίῳ, Διὶ Πατρὶ, ἢ Ἀργεῖ;

Ἠὲτε μὲν ἢ Διὶ, εἴ μὴ καὶ ἐν Ἀργεῖ ἦτορ.

Dictum ne Iovem cantabimus, an ne Lycæum?

Sum dubius, genus est quando certamine plenum.

- Hunc igitur, quem hominum patrem & Deorum vocarunt, cum recens natus esset, quia oraculum cepisset Saturnus, fore ut de regno a filio pelleretur, vel quod ira convenisset cum Titanibus, ut filios omnes ex se natos occideret, statim conatus est Saturnus pater de medio tollere: sed eum Rhea, quæ etiam Opim dixerunt, Corybantibus, qui vocati sunt Curetes, & Dactyli Idei, clam in Cretam transmittendum concessit: qui simulatis sacrificiis inter cymbalorum tympanorumq; strepitum infantis vagitum occultarunt. Opis vero quia Saturnus filios omnes de medio tollere conaretur pro Iove dicitur saxum fasciis involutum illi obtulisse, quod ille continuo deglutiivit, ut scripsit in Arcadicis Pausanias. Illud autem contigit paulo supra Cherone mœnia, ut idem ait in Bæoticis. Atqui cum tantopere de Iouis patria dissentiant inter se antiqui scriptores, non minor est nutricum numerus & controuersia quàm de locis in quibus sit educatus. Nam alii ab apibus
- 30 educatum putarunt, ut ait Virg. lib. 4. Georg.

Nunc agè naturas apibus, quas Iupiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum Iovis, crepitantiq; æra secutæ
Dictæ cœli Regem parere sub antro.

Aratus in Phænomenis Iovem a capra nutritam fuisse asserit in his;

αἰὲ γὰρ, τὰς πότις Ἰδαίῳ ἐπὶ κατὰ ἰωρτῆας.

Sacra Ioui capra est, quod præbuit vbera parvo.

- Quod affirmavit etiam Lucianus in sacrificiis. Illa cum apud Olenum Bæotice civitatem, ubi post Aegæum euerfionem, conditum fuit Aegium, nutrita fuisset, Olenia dicta fuit, ut ait idem Aratus in eo carmine;

40

Ὀλῆνις γὰρ, ἢ μὴ ἐπὶ κατὰ ἰωρτῆας.

Oleniam Iouis altricem dixerè capellam.

Quam rem ita expressit Ouid. in secundo Pastorum;

Oleniæ surget sydus pluviale Capellæ,

Quæ fuit in cunis officiosa Iouis.

Superius etiam de Neda & Ithome nutricibus Iouis mentionem fecimus, quas commemoravit Pausanias in Messeniæ. Apollonius Rhodius de Adraslea Iouis nutrice meminit lib. 3. Argonaut.

καὶ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν αὐτῆς περιελαλήτε εἴθε.

καὶ τὸ ὅτι πῶς φέρεται ἂν ῥέσῃ.

Δ' εἰς τὴν ἐκείνην ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀπορρίπτει.

Perpulchrum tibi ludicrum istud munero, nutrix

Adraſtea loui paruo quod præbuit ante,

Id eo lauit cum paruis conditus antro .

Habuit enim præter supradictas, Adraſteam & Idam nutrices Meliſſei filias, à quibus ſic educatus: cum Laſtantiſm in libro de falſa Religione ab Amalthea & Meliſſa filiabus Meliſſei Cretenſium Regis caprino lacte & melle nutritum ſcribat. Apollodorus Athenienſis grammaticus libro primo Sybliothece ab Adraſtea & Ida nutritum quidem ſcribit, ſed lacte Amaltheæ. Cicero in ſecundo de Divinatione ſcriptum reliquit caſtiſſime quodam in loco cultum fuiſſe Iovem, qui vna cū Iunone in gremio Fortunæ ſedens mammam apprehenderet. at Pauſanias in Arcadicis Nymphas quasdam nutrices Iovis nominare ſolitos Arcades inquit; Thiſoam, Nedam, Agnò, quarum prima in Parrhaſiorum finibus nomen dedit urbi, ſecunda flumini, tertia fonti in Lycæo monte, quæ mirum etiam donum à Ioue conſecuta dicitur. Nam cum ſolum laboraret ſiccitate, re diuina rite peracta, maſtatisque hoſtiis Lycæi Iovis ſacerdos cum precatione ad aquam converſus ramum de quercu in ſummam aquam deſciebat, inde halitus ex fonte nebulæ ſimilis tollebatur atque obducto cœlo conuocatis nubibus Arcadum fines vberimis & optatis imbribus perfundebantur. Has in vrſas mutatas fuiſſe ſcribitur in commentariis in Apollonium Rhodium, ſed qua de cauſa, non inueni; ita enim ſcribitur ibi; *αὐτῇ τῷ τῷ χρῆσιντο παλαιὰς ἀρτὸς ἐπὶ κυρίῳ ἐστὶν ἀνέμωτος, ἡνδὲ παρὰ τῷ ὑπὸ τῷ ἁλὶ ἐστὶν ἀνέμωτος ἀπὸ τῶν μεταλλῶν.* Huic igitur cheronneſo mons adiacet, qui proprio nomine Vrſus appellatur, quoniam Iovis nutrices aiunt ibi degentes in vrſas fuiſſe mutatas. utebatur Iupiter cum parvus eſſet eorundem Curetum tutela & familiaritate, quorum ſtudio fuerat à Saturni voracitate protectus, ut teſtatur Apollonius libro ſecundo;

இது கருவாறு மீது அட்டை

ὅτι ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν ἡμῖν.

Inter Curetas Cretzo Iupiter antro

Ideos etiam tum nutribatur.

Atque ut summam rem colligamus, incertum adhuc est, & omni contentione plenum, ubi natus sit Iupiter, aut ubi & a quibus educatus: neque quispiam eorum qui Deorum ortus & naturas inuestigarunt, quidpiam certi de loco aut educatione tradidit. Hic cum primum natus fuit ab Opi matre, ut dictum est, Curetibus alendus in Cretam transmittitur: ut Eusebio placuit in Temporibus, etiam Creti, qui tunc imperabat in Creta commendatur, & in Gnoſo Regia ciuitate educatur. Alii in Creta natum esse volunt, at non alibi natum eo transmissum; alii in Arcadia natum & educatum putarunt; alii messanæ, alii alibi, quorum omnium longum esset opiniones recensere. Mox aiunt, cum oculos vagitus gratia cymbala & sympana & alia cinnientia instrumenta pulsarentur, apes ad tinnitum aduolasse, & illum educaſſe: alii dicunt a Nymphis alendum fuisse datum, alii capræ, alii vrsarum ubera suxisse, atque tot de Iouis incunabulis memorantur. Atqui Cicero libro tertio de Natura Deorum principio tres inquit fuisse Iones ab

Mythologia.

illis numeratos, qui Theologi nominabantur, quorum primus & secundus in Arcadia nati sunt; primus patre Aethere, secundus Caelo. At tertius Cretenſis Saturnum patrem habuit. Mox cum ex primo Proſerpinam & Liberū natos aſſeruſſet, paulopoll Dioſcuros primos ex antiquiſſimo Ioue Athenarum rege & ex Proſerpina natos ſcribit: quare adductus ſum ut aliū fuiſſe Iouem etiam præter hos crediderim. Neque mirari conuenit ſi tam varii ortus & educationes fuerunt de tertio Ioue traditæ, cum æterorum omnium & ortus & educationes, & res geſtæ poſtea fuerint ad eundem à variis ſcripto-ribus poetisq; præcipuè delatæ, ut diximus. Sic nos, quæ æterorum communia ſunt, poetarum ſecuti opinionones, huic vni concedentes, ea quo pacto inſtituimus, perſequemur. Iam vero cum adoleuiſſet Iupiter, & capra mortua eſſet, eius pellem ad perpetuam memoriam ad ſuum ſcutum accommodauit, & ob acceptum lactis beneficium inter aſtra Capræ ſignum reſtulit; ſcutumq; Aegidæ Græcis ſcriptoribus vocata eſt, cum et capram ſignificet, de quo meminit Virg. lib. 8.

Arcades ipſum

Credunt ſe viſiſſe Iouem, cum ſæpe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimboſq; eicret.

Atque Iupiter ipſe dictus eſt Aegiochus, habens ægida ſcilicet, ut ait Homerus in libro Iliad. .

20

ἄνδρες ἀνθρώπων δῖος τίς ἐστι τρυφών .

Audi me Iouis Aegiochi Tritonia nata .

Hic Iupiter duos habuit fratres, præter ſorores, Neptunum & Plutonem, qui & ipſi per dolum fuerunt Saturni crudelitati ſubtraçti. Fama eſt enim quòd cū Titan maior natu Saturni frater cuperet imperare, Veſta & Opè & Cere re precantibus ceſſit fratri de Regno, cum quo ita pactus eſt, ne vllum e maribus filiis educaret, ſi quem habiturus eſſet, ſed omnes necaret, ne Regem procrearet ſibi ſucceſſorem, ut ſaltem poſt ipſum ad ſe regnum perueniret. Saturnus igitur ea cauſa quicumque ex ſe naſcerentur, vorabat, ut ſignificauit Lycophron in his;

30

ἡ δὲ γαῖα δῖατος ἐμβάδοντα παρτάρα,
ἄλκιος ἑλιδος λαβραῖος γένος,
ταῖς ἀνδρῶν τοῦτο ἐκφρονέει δῖαυρόν τε
Θηταῖς ἀνθρώποις, οὐδ' ἐν ἄλυσιν βροτῶν
Νεβὺς τὸν ἀνθρώπου ἐκλάσας πύργον,
ἐν γυναικῶν ἀνὰ γυναικὶ δακρυλόν,
τοῖς βροτοῖς οὐδὲν κινέειν οὐκ ἔστιν ἀνὰ γαῖαν.

Regina prima pulſa ad ima tartari eſt,
Mox ipſa partus à dolore ſoluitur
Clam, quòd videre coniugis conuinia
Nefanda nolle. inuolutum faſciis
Saxum ille deglutiuit, haud ſit pinguior,
Crudis ſepulchrum quòd ſit ipſe filiis.

40

Quòd autem id fieret per iuramentum, patet ex illis Sybillinis verſibus, in quibus declaratur Titaneſ parturienti alicæ ſemper aſſiſtere ſolitos; quod iuramentum datum fuit Saturno antequàm ſuſciperet imperium;

ἑρμῆς δ' αὖτε κρήνη μιν ἔλκετο τρυφῶν ἐν ἄλυσιν,
καὶ ἑρμῆς ἀφρονέει καὶ παῖδων γένος, οὐκ ἐκφρονέει.

αὐτῶν,

αὐτῆς, ἔταυ ὅπως ἐν ἀπείρῳ ἡμῶν πατρὶ ἄντα,
ἔταυ ὅπως ἐν ἀπείρῳ ἡμῶν πατρὶ ἄντα,
ἔταυ ὅπως ἐν ἀπείρῳ ἡμῶν πατρὶ ἄντα.

Conceptis verbis Titan iurare coegit
Saturnum, de se natum ne nutriet vllum;
Quo possint regnare senis post fata nepotes.
Cum paritura foret Rhea, tum Titania pubes
Assedit marium lacerans crudeliter artus.

Mox cum sensisset Titan clam Saturni filios contra iusiurandum, legesq;
capti imperii educari, ipse vna cum Titanibus filiis ira exarsit, atque Satur-
num & Opim comprehensos in vincula & in custodias coniiciunt. Hæc vbi
per nuntios acceperat Iupiter, collecta magna militum Cretensium, exter-
norumq; ibi exulantium manu ad liberandos parentes è vinculis quàm ci-
tissime trahit, Titanibusque primo impetu debellatis patrem in regnum
restituit, ut ait Lactantius in libro de falsa religione. Sed huic antequam in
bellum exiret sacrificanti in Naxo augurium futuræ victoriæ aquila dedit,
quare illam sibi sacram avem in posterum esse voluit, & in reliquis expedi-
tionibus aquilæ effigiem pro signis militaribus habuit. Verum post eā victo-
riam cum Saturnus responsi oraculi meminisset, ut sibi à filio caveret; futu-
rum enim ut ab eo è regno pelleretur, Ioui infidias parare clam cepit, qui-
bus patefactis per vnum è familiaribus, rursus Iupiter expeditionem susce-
pit, collectaq; priorum militum manu patrem de regno deiecit, cum regnâ-
di cupiditate iam arderet, & superiores res feliciter gestæ ad id faciendum
facile inuitarent. Nulla sunt enim vel naturæ vel amicitie vel beneficentiæ
satis firma vincula, vbi maiestatis & imperandi furiosum desiderium inua-
serit; illa omnia si quidem facillimè conculcantur & prosternuntur. Cum pa-
trem igitur captivum fecisset Iupiter primum, dicitur virilia membra illi
falce eadem amputasse, qua ille Cælo patri amputauerat, quæ postea iacta
fuit in insulam Phæaciæ non procul à Corcyra, quod etiam significavit
Lycophron in Cassandra in his;

ἄνδρ' ἐν ἀπείρῳ Τυτάνιον

Ἄνδρ' ἐν ἀπείρῳ.

Saturno ut inde venerit in insulam
Drepanum inuisam.

Nam Corcyræ insulam, vbi Saturnum secuit Iupiter, ab eo tempore nomi-
narunt Drepanum, ut ait Isacius. Saturno igitur paulo post è vinculis fu-
giente, & ad Ianum Latii Regem in Italiam profecto, Iupiter ipse regnum
occupavit, quod ita innuit Virg. lib. 8.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,

Arma Iouis fugiens, & regnis exul adeptis.

Enimvero placidissima omnia, & ab omni insidiarum genere libera sub Sa-
turni administratione, atq; adeo ætas aurea fuisse dicitur, cum Ioue regnum
obtinente omnes difficultates humanum genus inuaserint; nam

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.

Nec signare quidem, aut partiri limite campum

Fas erat: in medio quærebant, ipsaq; cellus

Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Ille malum virus serpentibus addidit atris,

Prædariq;

Mythologia:

Prædantique lupos insat, pontumque moueri.

Quod equidem nihil aliud significare crediderim, nisi latronibus, & sceleratis hominibus concessam fuisse licentiam multa iniqua faciendi, quibus sociis & adiutoribus in occupando regno paterno usus fuerat; cum bellorum licentia multos huiusmodi homines alere consueuerit, sicut pax legibus omnes obediens facit. Quid enim aliud est aurea ætas, quam communis omnium libertas in ciuitate bene legibus instituta; cum feræ cum domesticis animalibus, cum canibus lepores scilicet, agni cum lupis, & cetera huiusmodi impune versantur? nam pacis tempore viri boni inter sicarios & impuros latrones, legum patrocinio sunt tuti, nisi iudices ipsi propter auaritiam fiant latrones, aut propter desidiam viros bonos vexari æquo animo patiantur, id significare voluisse antiquos testatur Tibullus lib. 1.

Nunc Ioue sub domino cades & vulnera semper:

Nunc mare, nunc læti mille repente viæ.

Neque tamen Iupiter, qui regno per vim potitus fuerat, insidiatoribus caruit: exemplum enim dederat posteris quo pacto regna per vim sint occupanda. Aegæon igitur Iouis exemplo inuitatus vna cum cæteris Gigantibus illum à Regno depellere conatus est: cui centum manus erant, capita quinquaginta & magnitudine corporis reliquos omnes mortales antecellebat, ignemque ex ore eructabat, ut testatur Virg. lib. x.

Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribusque arsisse: Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

Quem ideo sub Aetnam montem fuisse à Ioue fulmine detrusum fabulatur, qui quoties latus moueret Aetna flammæ ingentes eructaret, ut ait Callimachus in lauacrum Deli;

ἄλλ' ἔστι δ' αἰνέειν ὅπου στυγερὰ τέφρα πέσκει
Ἰόνειον περὶ δ' αἰετὰ καπνίζοντα σπάρτα
ἔτι τῶν περὶ σπάρτα ἰατρικὰ κερκίδια
ἔρποντο αἶτις ἑρπύλλεσσιν ὅφ' ἐφύλαττο ποταμὸς ποταμῶν.
ἔρποντο ἔρποντο.

Monte sub Aetnao veluti, cum conditus olim
Perpetuis flammis vsto vult vertere festum
Ipse Gigas Briareus latus, interiora mouentur.
Fornacesque fremunt Vulcani, is forcipe massam
Vertit, opusque simul.

Quamuis omnes hi venti sunt, & ventorum natura fabulose ita explicata, ut suo loco dicetur. Paucis tamen ante diebus idem Briareus Ioui aduersus Palladem & Iunonem, & Neptunum, & reliquos Deos, qui in Iouis Tyrannidem coniurabant, fuerat auxilio, ut testatur Homerus in 1. lib. Iliad.

Ἰππὶν τε καὶ ἑυκέρταται ἄνθρωποι ἔβλητο δόλοισι,
ἔρποντο γὰρ Πάριον δούρην, καὶ Πάλλαν δόλοισιν.
Ἀλλὰ πρὶν ἰδμεν αὖτις, ὁσέων δόλοισιν ἔβλητο
ὅς τ' ἰατρίῃ χροὺ καλίστα ἴατο παρὰ τὸν Ἰανόπιδαν,
ὅς σπέρματι καλίστα ἴατο.

Cum vincere Dei reliqui voluere tonantem,
Et Iuno & Pallas Neptunusque, inde tu ad illum

In

In cœlum Briareum, superi sic nomine dicunt.
Hunc ideo una cum Gyge & Cotto Iouis custodes ac satellites Hesiodus no-
minavit in Theogonia in his.

Ἐν δὲ τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸν Βριάρεον παραθετοῖ

Νόοντα, φύλακας αὖτ' αἱ δὲ τοῦ αἰθέρος οὐρα.

Hic Cottusque Gygesque colunt, simul & Briareus;

Custodes Iouis æterni, quæ pectora fida.

Hic igitur Iupiter subactis nationibus orientis, pluribusque viribus se sem-
per adiungentibus, ut mos est in prosperis successibus, Reges nonnullos re-
gionum instituit; quare dictum est in Hymnis Homericis,

ἐν γάρ τοι παραδόντες καὶ ἐκαστοὶ ἀπὸ λαοῦ

Ἀΐδου καὶ δὲ τοῦ τοῦ χυτοῦ καὶ κελυγέσσης.

ἐν δὲ Δαίει, Περσέϊ τε.

Cantorum Musis, & Phæbo munera curæ,

Qui tractant plectro citharas aut pollice chordas,

Ab Ioue sunt Reges.

Mox ad ceteras nationes cum maxima accessione virium penetrans uniuersum
propè terrarum orbem perdomuit & subiugavit. Tum Regibus illis, qui
ab ipso fuerunt instituti, & parendi sibi, & subditis nationibus imperandi le-
ges tradidit, quare scitè scriptum est ab Homero in primo Iliad.

ἐν πελάγεσσι φέρουσιν δὲ καὶ ἀπὸ θαλάσσης, ἵνα δῖος Ἴου

Πρὸς Δαίει δρῶνται.

In manibus gestant dicentes iura Pelasgi

Qui leges hausere Iouis.

Nam cum Saturni tempore ante Iouem homines carnibus humanis vesce-
rentur, Iupiter vetuit nequis eo cibo vteretur, & ab humanis carnibus ad
glandes convertit, quæ arbor, ut ab eo primum monstrata, consecrata illi cre-
ditur. Post orbem subiugatum cum duo fratres illi ab insidiis patris super
essent, quos ita recensuit Homerus lib. 16. Iliad.

αὖτ' ἐν γὰρ ἐν κρήνῃσι πρὸς ἀδελφοὺς αἷς τίς ἐστι βία,

Ζεὺς, καὶ Ἴου, τρεῖς αὖτ' ἐν δαίμοσι τοῖς ποσσὶν ἀδελφόν.

Tres Rheæ Saturno fratres nos edidit; unus

Iupiter, alter ego, & defunctis qui imperat umbris.

Inter hos uniuersus terrarum orbis ductis sortibus communi consensu, cum
communibus etiam armis subiugassent, diuisus fuit: atque mare Neptuno,
inferorum imperium Plutoni, cœlum Ioui obtigisse dicitur, ut est apud Ho-
merum in his carminibus.

τρεῖς δὲ πάντα διδούσας, Ζεὺς δὲ τὸν οὐρανὸν ἔρπει.

Ἢ δὲ τὸν ὕδατος, Πλούτων δὲ τὸν Ἅιδου καὶ τοῦ αἵματος.

Παλλήμειον δὲ Ζεὺς δὲ Λαχὴν ἵερον ἀνέστη.

Ζεὺς δὲ Λαχὴν ἔρπει, Πλούτων δὲ τὸν Ἅιδου καὶ τοῦ αἵματος.

Omnia sunt partes in tres diuisa: & honorem

Quisque suum cepit, mihi parent æquoris vndæ.

At tristis Pluto defunctis imperat umbris.

Mox æther, cœlumque Ioui conceditur altum.

Atque cum istud factum fuerit in acria, ut quidam tradiderunt, locus voca-
tus est Claros ἀπὸ τοῦ αἵματος ἀρῶντος, à sortiendi scilicet. Hæc fabulosè de Ioue
dicta sunt primum à poetis, qui ut potentiorum gratiā aucuparentur, nihil

H ubi

Mythologiæ.

sibi non mentiri licere arbitrati sunt. Non est illud credendum, quod cœlū, ac mare, & inferorū locos ita diuiserint, sed magis rationi conuenit id, quod scribitur à Lactantio in libro de falsa religione his verbis; Ergo illud verum est, quod orbem terræ ita partiti sunt, ut orientis regio Ioui cederet, Plutoni pars occidentis obtingeret, at Neptuno maritima omnia cum insulis obuenirent. Sic cum orientis regio, unde lux mortalibus exoritur, superior sit, occidentis inferior, dicitur inferorum imperium habuisse Pluto, at cœli Iupiter: qui cum ambitiosus esset supra modum, gloriamque & exultationē plurimā sibi apud homines comparare vellet, effecit ut magna cum reuerentia coleretur, quare illi Pudorem asseisorem addidit Sophocles in Oedipode in Colono;

A'AA' VET: မည်မျှ နှစ်ပတ်လည် အသက်ရှူစေရန် ပြုလုပ်ပါ။

ਅੰਤਰ ਵਿਚ ਪ੍ਰਸੰਨ ਹੋਵੇ ।

In omnibus rebus solum sed absides

Pudor, thronosque ſervat.

Et quoniam nulla esse potest vera in malos homines reuerentia, ac vix simulata quidem, in eadem tragedia Aequitatem quoque illi alaudere facit idem poeta;

ΕΠΙΤΡΟΠΗ ΕΚΔΟΣΕΩΝ

Alas, much I love thee.

20 Verulla li ioui absidet modo Aequitas.

Fama est quod Metim oceani filiam vxorem duxit Iupiter, vt scriptum reliquit Atheniēſis Apollodorus lib. 1. Bybliothecæ. Illa, vt aiunt, pharmacum poſtea bibendum Saturno præbuit, quo ille prius lapidem, deinde voratos filios euomuit, quibus auxiliariis poſtea vſus eſt aduerſus Saturnum & Titanes. Mox cum decimo eius belli anno, Tellus victoriam Ioui vaticinata eſſet ſi in tartarum deiectos ſibi ſocios aſſumeret, is Campe cuſtode caſa illos è vinculis liberauit, atque ita iis adiuantibus victoriam dicitur fuiſſe potitus. Neque minus ridiculum, ac monſtro ſimile eſt illud, quod dicitur; quod Iupiter Metim vxorem, quam primam duxit, vt ait Heſiodus;

ἔνθα δὲ τοῦτε βασιλεῖς πρῶτος ἄρχεται το γένος.

Vxorem primam Metim sibi Iupiter addit.

Gravidam factam deglutiuit, vt scripsit Ioannes Diaconus his verbis, *καὶ ἰσχυρὸν γέννησεν ποσειδάων, κατὰ τὸν αἶμα, ἵνα μὴ ἄλλαν τὴν τὴν εἶναι ἀνθρώπων ἀνδρῶν ἀνδρῶν καὶ ἀνθρώπων* quam cum gravidam fecisset deglutiuit, ne quis alius Deorum nasceretur ex ea, impudens ac fatuus. Ex eo cibo mox ipse Ioviter pro vxore gravidus factus Palladem armatam è capite peperit: quod quidem monstrum tantopere contra naturæ consuetudinem fictum, nescio quo pacto primum xquis animis perferri potuit, neque fuerit cum maximo omnium risu explosum. Vxorem postea duxit Iunonem, quam semper tenuit, neque vt primam deglutiuit. Huius filix: dicuntur fuisse Preces, sicut ait Orpheus in Argonaut.

တပ်မှန်ပုံစံ ၁၆၂၈၁၆

ἰατρίῃ (τοῦ ἀνθρώπου) Μένει.

non fine honore

Conuenit esse Preces iouis alto è semine natus.

Hoc autem fictum est, quia Reges & potentiores homines magna semper
rogantium aliquid frequentia circumfudit. Enimvero ita ab ipsa natura co
paratum est, ut animus hominum, sicut sunt res omnes humanæ, nunquam
in eodem statu consistere possit: qui nisi honorificis studiis teneatur ad om
nia

nia vitiorum genera maxime sit propensus. Nam sicuti fertilissimus optimarum frugum ager, si cultura hominum, & semina vilia desint, eximiam spinarum, & vriticarum, & inutilium herbarum copiam alit; neque nihil omnino potest producere: sic animum nostrum, ubi cessavit honesta virtutum exercitatio, tanto maiora vitia & scelera aggrediuntur, quanto maioribus virtutibus antea poterat exornari. Iupiter igitur, qui terrarum orbe per imperatorias virtutes potius fuerat, post insignes populorum victorias totus in libidines & in conuiuia vertitur: neque vlla fuit formosa mulier, quam quidem viderit, a qua abstinuerit, ut testatur Apollonius Rhodius lib. 4. Argonauticorum;

10

Ἰὼν ἰδὼν τὴν Ἰφιδάμην, ὅτε ἔπειθε
ἀνδρῶν, καὶ τὴν Ἰφιδάμην, ὅτε ἔπειθε
τὴν Ἰφιδάμην, ὅτε ἔπειθε τὴν Ἰφιδάμην.

Aspernata Iouis quod lectum sis cupientis.
Semper enim curæ est illi sibi iungere Divas,
Fœmineosve cupit complexus, munera amoris.

Neque sorori suæ sanè peperit, cuius concubitus cum palam petere non auderet, se in cuculum vertit, (natura enim videbatur illum ab eo illegitimo desiderio detertere.) & in Corinthiorum agrum ad collem, qui ea de causa Cocyx vocatus fuit, aduolauit. Nam illius nutu, ut fertur, maxima cœli tempestas exorta est, quare Iuno in collem Thronacem tunc dictum conscendit; tum cuculus ille tremens super genibus eius confidit, cuius illa miserta, ob frigoris enim iniuriam tremere existimabat, sub vestibus textus: qui postea Iupiter factus illam vitiauit, ut aiunt nonnulli. alii dicunt non prius sororem comperisse, quam promiserit matri se uxorem illam ducturum, quod & postea fecit, ut testatur Pausanias in Corinthiacis. At verò quam gloriosa sint illa trophæa, quæ ipse ambitiose commemorauit apud Homerum lib. 7. Iliadis, videamus. Neque omnia tamen græca carmina hic scribenda putavi, cum omnibus sine in præptu, sed sententiam latinis carminibus expressi, sic enim illa incipiunt;

20

ὅτε δ' ἀντιφῶντος ἔπειθε τὴν Ἰφιδάμην, ὅτε ἔπειθε τὴν Ἰφιδάμην.

Iupiter alcitonans, sic est huic inde locutus,
Huc iterum rediisse licet Iuno, ipsi at amore
Iungamor, Dea nulla vñquam vel fœmina mouit
Corda mihi tantum, quantum nunc vis amore,
Non cum Pirithoum peperit Ixionis vxor,
Non Danae, peperit quæ mox mihi Persea clarum,
Non Europa, tulit præstantem quæ Rhadamanthum,
Et Minos, nec aut Semele, aut Alcmena; ferocem
Altera cum genuit Alciden, altera Bacchum.
Nec me flaus Ceres, nec me Latona, nec ipsa
Mouisti tantum, quantum nunc vis amore.

40

Hic idem Deus cum Ledam Tyndari Regis filiam vitare conaretur, dicitur in cygnum esse conuersus, atque cum aquilam se insequi fecisset, dicitur præ timore deterritus, ut simulabat confugisse ad Ledam, ut illius misertæ epe protegeretur, atque ita illam decessisse, ex quo concubitu Leda duo ova peperit, quippe quæ cum aue concubuisset: e quorum altero gemini pulli nati sunt

G 2 ti sunt

numerabilium propè foeminarum complexibus contentus? non'ne Gany-
modem pulcherrimum suæ ætatis adolescentem in delitiis habuit? ac hic
tamen & optimus & maximus, ut ait Cicero in secundo de Natura Deorum,
& in oratione pro Domo sua, dictus fuit: quo nihil minus meruit. Tanta igitur
fuit ambitione, quanta nemo per omnes ætates inuentus est, aut inue-
niatur; quare alii ipsius iussu, alii ut eius gratiam aucuparentur, templa &
altaria tui instituerunt, & sacerdotes, & proprios ceremoniarum ritus.
Neque id mirabile debet videri, cum multis etiam Romanis Imperatoribus
per tot simulatarum religionum annos aræ erectæ fuerint post mortem &
sacerdotes instituti, & publicæ ceremoniæ, & per illorum nomen iurare, &
multa alia ad diuinitatem spectantia. Huius ambitionis præclarum habeo
testimonium Attæ eodem, qui cum Phrygius pastor esset, & inter pascendum
matris Deorum laudes cantaret, & ab illa mirificè amari idcirco diceretur,
id Iupiter ægrè ferens palam quidem occidere ob matris reuerentiam deu-
tauit, ac aprum per dolum illi dictus est in fabulis immisisse, à quo Attæ fuit
dilatatus, ut ait Nicandri interpres in illud carmen quod est in Alexi-
pharmacis;

Ἰσχυρὸν δ' ἀνὰ πῦρ, καὶ ἰπποπότῃσιν ἀντίον.
hic Rheæ ubi sunt

Lobrinæ thalamiq; Attæque ergastula prisca.

At verò quid illud? non'ne maximum ambitionis indicium est, quod scri-
bitur à Lactancio in libro de falsa religione? quòd in Olympo monte ple-
runque versabatur, omnesque propositis præmiis, qui nouum aliquod in-
uentum humano generi vtile excogitassent, inuitabat, ut ad se primum de-
ferrent; cuius ipse inuentor postea creditus est, & idcirco huic, ut multis
præterea rerum vtilium inventoribus, diuini honores sunt habiti. Quòd
vero in Olympo monte præcipuè habitaret, scripsit ita Pindarus in Olym-
piciis.

Ἄλλ' ὃ κ' ἐπὶ τῷ πατρὶ, ἵπας
ἴδω δ' ἀνέστηναι ποῦ
Sed & Saturni filii & Rheæ
Solum colens Olympi.

Hic quot annos imperauerit, nemo prorsus coniectura assequi potest; quo-
niam non mortuum esse contendunt antiqui. at quòd ad grandiorē ætatem
peruenerit, & ad canitiem, facile ex eo conicere licet, quòd scriptum est à
Luciano in sacrificiis, qui cum multorum Deorum formam describat, so-
lum Iouem id præcipuum habere dicit, quòd sic barbatus. Hunc mortuum
tamen & sepultum fuisse in Creta constat eiusdem Luciani testimonio, qui
ita scribit; καὶ τὸν ἰὼν ἐν τῇ Κρήτῃ, καὶ τὸν ταφέντ' ἐν τῇ αὐτῇ πόλει. ἀλλὰ
καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἰὼν ἐν τῇ Κρήτῃ. Cretenses non solum natum apud se, & sepultum
Iouem testantur; sed etiam sepulchrum eius ostendunt. Scriptum reliquit
in suo Ancorato Epiphanius suis quoque temporibus in Iasio monte Crete
sepulchrum Iouis monstrari solitum; quòd etiam affirmat Callimachus in
hymnis;

ἄπορ' ἀνὰ τὴν Κρήτην, καὶ τὸν ταφέντ' ἐν τῇ αὐτῇ πόλει.
ἄπορ' ἐν τῇ Κρήτῃ, καὶ τὸν ταφέντ' ἐν τῇ αὐτῇ πόλει.
Cretes mendaces semper. Rex alme sepulchrum
Erexere tuum: tu viuis semper, & viq; es.

Post

*Iupiter omni vrbis
delicias cur Deo fuit
ab hominibus coelitus*



10

30

40

Mythologia:

Post Iouis huius obitum tanta fuit eius nominis apud omnes nationes ce-
 lebritas & reuerentia, ut nemo postea vocatus sit Iupiter; vel si qui vocari
 fuerint, eius rerum gestarum memoria obruti, obscuri, minimeque illu-
 stres fuerint. Illud non parum miratus sum, quo pacto ex oculis hominum
 Iouem euasisse dicant nonnulli, qui illum in humanis fuisse affirmarunt,
 & postea sempiternum in caelo regnantem collocarunt, cum neque mor-
 tuum fuisse inquant, neque viuum in caelum aliquo vehiculo asportatum.
 Ccepit igitur non multo post audire mortalium vota, & ad multorum sacri-
 ficioꝝ conuiuia fuit inuitatus, ut fumantem patinarum nidoribus exa-
 10 turaretur. quid igitur? inter infinitum votorum numerum si cui fortuna
 aspirasset, ut voti fieret compos, is a Ioue se id consecutum ratus, continuo
 aras & templa erigebat, & ab eo eventu, vel a loco in quo id euenisset, co-
 gnomen Ioui iniungebat. Is colebatur apud Eleos Muscarius, quia Hercule
 mactante & porriciente, magna quæ aderat muscarum copia trans Alpheum
 auolauerit, ut asserit Pausanias in prioribus Eliacis. Sic cum diuturna sic-
 citate aliquando laboraret Græcia vniuersa, missi sunt in Delphos qui ab
 oraculo causam & remedium calamitatis sciscitarentur, quibus responsum
 fuit Iouem placari ab vniuersa Græcia oportere, atque uti deprecatore Aca-
 co. Ille Panellenio Ioui (sic enim appellauit,) sacris rite peractis, ac nuncu-
 20 patis votis Græcis vberissimam imbrium copiam impetrasse dicitur, ut ait
 idem in Corinthiacis. Sed quis est adeo fatuus, qui nesciat post diuturnam
 siccitatem mitti solitos esse imbres; aut contra? quid opus fuit Iouem il-
 lum minime audientem suis precibus fatigare? si quoties vana & irrita fue-
 runt Iouem precantium vota, templa aræque erectæ fuissent, nescio an satis
 ampla aræ fuisset vniuersus terrarum orbis tot Iouis ædibus ubique erigē-
 dis. Neque decet sanè diuinam bonitatem pro facilitate impetratorum vo-
 torum metiri: quia omnibus vnus est pater Deus, omnibus pro sua bonita-
 te prouidet, neque his magis propensus est, illis surdior. Illud vero magis ra-
 tionī conuenit, si quid petentes impetrare a Deo non possumus, id futurum
 30 contra salutem nostram existimare, vel contra honestatem, vel contra diui-
 nam bonitatem expetitum esse, cum nemini Deus pernitiōsa libenter impar-
 tiat. Multa sunt inde cognomina Ioui indita vel ab euentu, uti dicebam,
 vel a locis, vel a personis quibus felix aspirarat, ut Cragus, Morius, Ago-
 nius, Ceneus, Tropæus, Fulminator, Hymettius, Eleutherius, Nemeus, Hora-
 cius, Alexiterius, Agoræus, Milichius, Hammonius, Atabyrius, Genethlius,
 Gyraphius, Dulius, Drymnus, Epicarpus, Erectheus, Epidotra, Heræus, si-
 ue Socialis, Ephestius, Icesius, Catharsius, Cosmeta, Ctesius, Cynethus, La-
 bræus, Laxta, Larissæus, Laphyllus, Promætheus, Sinopyta, Stratius, Hy-
 psillus, Phratius, Chthonius, Marageta, Xenius, Olimpius, Trophonius, Ta-
 40 rantæus, Pistrus, Pharius, Parthenius, Parnæus, Papæus, Ofogus, Omarus,
 Munychius, Molossus, Molestius, Melisæus, Lycoræus, Lyncus, Carus, Ca-
 miræus, Catabates, Hypæus, Chaenius, Citheronius, Hymettius, Homo-
 loius, Hercæus, Heliopolites, Hecalexus, Gnidius, Genetæus, Atabyrius,
 Aratrius, Apesantius, Eleæus, Elaræus, Dodonæus, Hospitalis, Dætor, Cor-
 niger, Anxurus, Anchæsius, Ambolius, Abicæus, & apud Latinos Latia-
 lis, Feretrius, Elicius, Viminus, Vltor, Stator, & multa alia præterea sunt
 cognomina, quæ possent numerari, si quis hunc laborem perferre voluerit.
 Hæc ea sunt propè omnia quæ de Ioue fabulati sunt antiqui, quæque fuerūt
 ab illis

ab illis pro variis rerum successibus excogitata : Nunc reliquum est, vt quid per hæc sentiant illi, qui fabularum figmenta ad naturæ opificium accommo-
dant, & qui Iouem sempiternū esse dixerunt, inquiramus. Iupiter Aethē-
ris ac Diæ filius creditus est primum, quia cum is humanioris, poliorisquē
vitæ cultum reperisset, vt diximus, omniaq; demonstrasset diuina providen-
tiæ gubernari, creditus est primus ex ignorantie tenebris emerisse, splen-
doremque attulisse rebus humanis. Nam ex aduerso qui vitæ humanæ vim
omnem ex æterni Dei administratione & voluntate pendere ignorauerit,
quo pacto non & Noctis & Inscitiæ filius dici potest? Qui secundus itē hoc
ipso nomine vocatus fuit, pro diuinitate præstatiāq; ingenii dictus est Cœ-
li filius, quoniam & ipse plurimum genus humanum iuuerit, multis rebus
vtilibus adiuuentis, vnde etiam Ioui nomen apud Latinos postea fuit indi-
tum, quamuis à vitâ potius Græci nominarunt. Tertius Saturni fuit filius,
qui Saturnus cum tempus esse putaretur, vt suo loco dicemus, quo pacto è
tempore natus sit Iupiter, si sic Deus, omnino explicari nō potest. Si pro ele-
mento Iupiter nominetur, nihil fortasse sequeretur absurdi pro illorum sen-
tentia, qui vniuersitatem hanc rerum aliquando à Deo fabrefactam fuisse
asserunt. Nam Iouem alii ex poetis esse arbitrati sunt æra, vt illud est Ho-
rati in primo Odatum,
Iacet sub Ioue frigidus.

Et alibi : Quod latus mundi nebulae, malusq; Iupiter vrget.

Sic etiam Theocritus ægloga quarta;

ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ πάλιν αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν.

Jupiter & quandoque pluit, quandoq; serenus.

Euripides non pro aere solum, sed pro quadam acri concitati motione Iouem intellexit in Cyclope.

[illegible]

ἵνα καὶ αὐτὰς τὰς ἀρχαίας, καὶ τὰς νεώτερας

Δυστυχώς, είναι ακόμη πρόωπο να χυθεί,

$\frac{U}{R} = \frac{I_0^2 R}{\pi r^2} \ln \left(\frac{r}{r_0} \right)$

Ignoro cur sit Iupiter maior Deus.

Non est mihi curæ hic; quod haud curæ mihi est.

Audito, quando fundit imbres desuper

In hac petra condensata sunt mi vmbacula .

Et Aratus in Altronomicis;

စက်မှု ဖွံ့ဖြိုးမှု နှင့် အခြေခံ ဖွဲ့စည်းပုံ

Ναυτεμαχία ἰσχυρὰ καὶ ἐκτετατή .

Torquenti nautæ prius tunc ab Ioue frigus.

Atque Stoicorum eadem fuit sententia, quod hic aer per omnia penetraret, & idcirco dictus sit Iupiter in omnia esse diffusus: alii aera non Iovem ipsum, at Iouis oculum crediderunt, ut fuit illud Hesiodi cum de aere loqueretur, *ναυτιλίας αὐτὸς ὀφθαλμὸς*. Cuncta videns oculus Iouis, alii lunonem potius aera esse crediderunt sororem Iouis, cum Iupiter ab iis ignis regio esse crederetur: quam eius uxorem putarunt, quia calefactus aer ab ignea vi Iouis, sole adiungente multa ex his oriuntur. quam sententiam expressit Homerus in lib. 1. Iliad. hoc pacto.

ἡ δὲ πόλις ἀρχὴ καὶ μετὰ τὴν πόλιν καὶ τὸ πρὸς τὴν πόλιν.

παιδί' είναι χθες και φθινόπαις είναι .

Sic ait, uxoremq. suam complectitur ortus

Saturno . tellus his herbas fundit vbiq̃ue .

Nam

Mythologia.

Nam quo pacto herbar & animalium genera procreari possent, nisi per calorem, qui est architectus in omnibus naturæ negotiis? Neque alio tempore terra vestitur herbis, nisi cum calefcit, quippe cum frigus inutile sit vniuersis naturæ operibus. idcirco Hippasus & Heraclytus ignem rerum omnium autorem existimarunt, quare scitè in hanc opinionem dictum est in hymnis Orphicis;

10

*ὦ βασιλεῦ, διὰ τοῦτο νοσηλὸς ἰσθὲν τὰς πόλεις,
τὰς θὰ πάτερ, ἵππας δὲ καὶ ἡγεῖται ὅλην τὴν
καὶ πῖστον, καὶ αὐτὸς ἑὸς ἑαυτοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ.*

O Rex per te creuerunt hæc omnia solum.
Diuæ parens tellus, montanaq; flumina, fontes,
Aequoraque, & quidquid complectitur alius Olympus.

Nec defuerunt qui æthera Iouem esse crediderint, quem patrem appellauit Lucretius lib. 1. ac terram matrem, quod ex his omnia oriatur, ut dictum est. Postremo, pereunt imbres, ubi eos pater æther in gremium matris terræ præcipitauit.

20

At Virgilius non solum patrem, sed etiam omnipotentem vocauit æthera, quo nomine nullum neque elementum, neque Deum, neque mundi partem præter vnum Iouem vocarunt antiqui. sic enim scribit lib. 2. Georg.

Tum pater omnipotens secundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commissus corpore fetus.

Atqui Cicero lib. 2. de Natura Deorum scriptum reliquit ex Euripidis sententia Aethera summum Deum esse appellandum, ut ex his patet;

Vides sublime solum, immoderatum æthera:
Qui tenero terram circumuectu amplectitur,
Hunc summum habero Diuum, hunc perhibeto æthera.

30

Quid est autem aliud æther, quam vniuersa regio illa, quam Anaxagoras igneam esse credidit, & quia semper arderet, ita nominatam? alii perbenignum Iouis planetam ac stellam esse putarunt; quem idcirco crediderunt esse Deum, quia sidera pro Diis colebantur antiquitus. Deorum vero maximum ob naturæ benignitatem, quippe cum nihil magis quam bonitas & munificentia diuinæ naturæ conueniat, cuiusmodi esse putatur Iouis stella. Id autem experiuntur ii, qui sub dominante Ioue nati sunt. Hunc omnia videre, omniaque audire crediderunt antiqui, ut testatur Sophocles in Antigone ita scribens;

40

Εγὼ γὰρ τοῦτο ἴδωμι καὶ αὐτὸς ἰσθὲν τὰς πόλεις.
Ego quidem. tu Iupiter qui conspicias
Cuncta, hoc scias.

Orpheus in hymnis videtur Iouem eundem putasse & solem, quod recte carmen id intuentibus patet;

*ὦ πάτερ, ἵππας δὲ καὶ ἡγεῖται ὅλην τὴν
Iupiter impellens ignitum protinus orbem,
Altaque currentem.*

Sic Diuinus Plato de Ioue scripsit in Phædro; ἵππας δὲ καὶ ἡγεῖται ὅλην τὴν καὶ πῖστον, καὶ αὐτὸς ἑὸς ἑαυτοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ. καὶ ἡγεῖται ὅλην τὴν καὶ πῖστον, καὶ αὐτὸς ἑὸς ἑαυτοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ. Magna sanè Dux in cælo Iupiter volucrum impellens currum, primus incedit omnia.

omnis coordinans atque curans hunc sequitur Deorum ac demonum exercitus in duodecim partes distributus: ac Vesta sola in atrio Deorum permanet. Quis enim magnus est ille Dux Iupiter, nisi quem solem appellamus? is liquidem velocissimum currum impellit & dum conuoluitur, sequitur illum stellarum exercitus, quæ Di credebantur in duodecim partes signiferi circuli distributarum. Vesta autem, siue terræ molēs in atrio harū stellarum, & in medio mundi immota consistit. Quare, ut ex his patet, Plato nihil aliud Iouem, quam solem esse credidit; cui sententiæ assentitur & carmen eius poetæ præclarum, quod ita inquit;

Iupiter est idem, Pluto, Sol, & Dionysus.

Qui Iouem æthera, aut aliquid prædictorum esse crediderunt, illum Parcisi inferiorem putarunt. at Hæliodorus in operibus & Diebus cum de tranquillitate maris loqueretur, Iouem fatum esse arbitratus in hæc verba prorupit;

*Mergeret ni cupiat promptus Neptunus in undas,
Rex superum magnus vel perdere Iupiter optet.*

Nam quidam ipsum esse Iouem existimarunt, eum dæmonem & fatum prædictum esse fatum scilicet ventis & elementis imperans; at omnium fatum esse sensit Homerus in lib. 1. Odyssei.

*Non tibi cantores causa, sed Iupiter ipse,
Qui miseris quæcunque viris vult, munera donat.*

Ea de causa efficitur ut Euripides in Supplicibus vanam esse sapientiā mortalium existimaret, cum omnia humana fato, & inuitabili quadam necessitate traherentur, quam vim Iouem in his appellauit;

*O Iupiter quid est misellos ut viros
Dicant sapientes? est necesse quod tibi
Libet, facere, pendemus e nutu tuo.
& in Troadibus;*

*O Iupiter mortalibus non cognite
Qui sis, virumne mentis, an necessitas
Naturæ.*

Fuerunt alii qui Iouem opinarentur esse coelum; ut sensit Cicero in secundo de Natura Deorum ex opinione antiquorum, qui dicebant Ioue tonante aut fulgente, id est celo; quem etiam omnipotentem olympum vocarunt Virg. lib. x.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Alii mundi animam Iouem esse crediderunt, quæ per omnia humana corpora ellet diffusa, ut ait Aratus in principio astronomicorum;

I E.

Mythologia.

Εἰς Ἀδὲ ἀρχαῖα, τίς ἔδωκεν ἄλγεα ἰούρι

Ἀχαιοὶ μὲν δὲ δαίτῃ σέθεν μὲν ἄνδρα,

Εὐρώπῃ δὲ πόδας ἀνέστη, μὲν δὲ δαίτῃ

καὶ ἄνδρα, πᾶσι δὲ δαίτῃ σέθεν μὲν ἄνδρα.

Ab Ioue principium: mortales tempore nullo

Prætereamus eum. loca sunt hoc plena viarum,

Sunt fora plena, simul sunt plenæ marmotis vadæ,

Et portus; sit vbiq; Iouis nam copia cuique.

- 10 Atque Orpheus in quodam hymno idem significauit, qui vniuersitatē hanc rerum à Ioue & produci & gubernari inquit, vt ex his carminibus quæ sunt ex illius hymno translata in latinam linguam apparet.

Iupiter omnipotens est primus & vltimus idem.

Iupiter est caput, & medium: Iouis omnia munus.

Iupiter est fundamen humi, ac stellantis Olympi.

Iupiter & mas est, & nescia sexmina mortis.

Spiritus è cunctis, validi uis Iupiter ignis.

- Quidem esse potest idem mas ac sexmina immortalis nisi mundi anima, quæ habeat in se hæc omnia producendi facultatem? nam Deus omnino sexum non habet, vt diximus, cum sexu omni sit magis perfectus. Neque spiritus quispiam ex his Deus est, neque vis ignis, sed omnibus his superior & omnibus imperans. Scriptum reliquit Paulanias in Arcadicis Cetiopem illum, qui regnavit Athenis, qui & ipse Iupiter fuit appellatus, primum omnium mortalium Deum Iouem cognomine Supremum vocasse, nihilque vitæ prædictum illi implandum duxisse, sed liba tantum patriæ, cum omnē crudelitatem à suis altaribus repellere diuinam naturam arbitraretur; cui nihil magis conuenit, quàm clementia & beneficentia. Idcirco Deum siue Iouem datorem omnium honorum, hoc est *δοτὴρ ὧν* vocarunt antiqui, & patrem omnium: quia viros bonos multis beneficiis prosequeretur, et temerarios & scelestos per calamitates & bonorum iacturam ad meliorem vitæ rationem aliquando reuocaret. Quod nisi hæc, quo pacto verum esse poterit id, quod scriptum est apud Sophoclem in Trachiniis?

ὁ τὸν ἀνθρώπων ζωὴν καὶ θάνατον ἐκείνου.

Celestis omnium parens est Iupiter.

Quem tamen non hominum solum, sed etiam Deorum patrem appellauit Hesiodus in Theogonia; quia cum omnium rerum humanarum administrationem exerceat, vt à munificentia pater, ita à sapientia in regenda vniuersitate rerum, vocatus est Rex: vt hæc carmina indicant Theognidis;

ὅστις πάρ ἐστι θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.

ὅστις ἀνθρώπων θάνατον καὶ ζωὴν ἐκείνου.

- 40 Omnibus haud placuit Saturni Iupiter ille,
Imperio superos qui regit, atque homines.

Hæc igitur summi Dei bonitas vbi in regendis superioribus consideratur, Iupiter Olympius dicitur, vbi agit in elemēta, varia nomina sortita est apud antiquos; vbi in subterraneas vires, Iupiter infernus aut Stygius dicitur, de quo meminisse Virg. lib. 4.

Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta parauī.

Et Homerus lib. 1. Iliadis

ὅστις καὶ ἀνθρώπων καὶ θεῶν ἐκείνου ἐκείνου.

Jupiter

Jupiter infernus, simul & Proserpina Diva.

Hanc triplicem Iouis potestatem, quod in cælo scilicet, in mari, & in terris dominaretur, significarunt antiqui cum tertium oculum Ioui in fronte addidissent, cuiusmodi fuisse signū illud ligneum dicitur, ad quod capta Troia fama est Priamum confugisse, ut testatur Agatharchides in Asiaticis, & Pausanias in Corinthiacis. Age verò nunc quid sub harum fabularum figmento occultauerint antiqui, inuestigemus, rem, ut par est, ab initio repetentes. Omnes antiqui sapientes in duas classes fuerunt distributi: atque horum alteri hunc mundum sempiternum esse existimabant, alteri aliquando habuisse principium: atque hinc præstantissima erant clarissimorum hominum ingenia, hinc diuini homines, & diuinitus edocti. Apud eos igitur, qui mundi originem de medio tollunt, nullum habet locum huiusce fabulæ explicatio. Apud aliam classem altissimam habebit significationem de rerum vniuersarum origine. Saturnus enim, qui Iouis fuit pater, è Cælo natus est, qui Saturnus genitales partes patri absceidit. Est siquidem Saturnus tempus, ut suo loco dicitur, quod non, nisi ex cæli creatione & ortu, natum est, ut ait Platonis Timæus: quippe cum ante cælum nullum esset tempus. Hunc alunt partes genitales patri cælo absceidisse, quoniam vnum est tempus, neque alium Saturno similem generare potuit, cum vnus sit, at non plures mundi. Neque aliud est quod Titan ita cum Saturno conuenerit, ut Saturnus filios omnes necaret; nisi id quod sensit Empedocles Agrigentinus amicitiam & dissidium esse potentissima duo rerum naturalium principia. Neque vlli dubium est, quin subito atque cælum fuit ab opifice Deo creatum, & ab aliis corporibus inferioribus coniunctum, ut putarunt sapientes, statim nata sit lux & amicitia, quæ intra illam infortem materiam delitescere credebantur. Mox ab eodem Deo procedente iam tempore, quod nullum ante fuerat, creata sunt elementa: quod illi significarunt, qui tonem siue æthera, vniuersam scilicet illam regionem, quam igneam putauit Anaxagoras, ex tempore & opī siue terra natam esse, & Iunonem æra, & Neptunum æ Glancam aquæ elementum, & Plutonem siue Ceterem terrestres Deos vim terræ crediderunt. Nam hos à Saturno procreatos fuisse, quid aliud est, quàm primum cælum à Deo fuisse factum, mox natum ex illo tempus, è quo nata sunt Deo summo è nihilo faciente elementa: quæ cum Saturnus deglutiuisset, deinde coactus est rursus euomere: per quod significatur mutua secundum partes elementorum generatio & corruptio. Lapis ab eodem qui primus editus est per vomitum, significat compositorum corporum itē generationē & interitū, quæ digerere non potuit Saturnus, cum elementa sint sempiterna, neque vllō tempore aut vlla vi labefactari possunt, nisi cum opifici Deo cœstere aliquando placuerit. Jupiter idcirco non voratus est à Saturno, quia nullam vim sentit temporis, nullamque iniuriam æthera plaga lucida, & ab omni corruptione immunis. Dicitur datus fuisse Vestæ educandus, quoniam cum animalia & plantæ ex terra procreentur, tum crebrior elementorum mutatio sit circa terram, circa quam exillant vapores à quibus putauit Thales quoddam æthereum regio aleretur. Illa autem regio cum ob celeritatem motus harmoniam efficere putaretur à Pythagoricis, dictus est Jupiter inter tymbalorum tympanorumque strepitum fuisse seruatus. Hunc ab apibus nutritum fuisse membrauit, quia sine sexu maris & foemine se inuicem gignit elementa, quibus, uti dicebā, alitur regio ætherea. & à Nymphis eadē de causa.

1 2 Aiuat

Mythologia.

Alii nonnulli à capra fuisse educatum, quia semper sublimia perat id animal, quam rem tamen ad inferiorem humilioremque explicationem nonnulli traducunt. Alii enim Iouem à Melissa & Amalthea Regis Melissei filiabus caprino lacte fuisse educatum: atque cum melissa dicta sit apis apud Græcos, locum esse datum fabulæ, quod apes ad Iouem infantem aduoluuerint, eumque nutriuerint, & quod capra lac suxerit. Qui contra mundi non Dei summi & altissimi providentia gubernari, sed fortunæ; & ab atomis fortuito in vnum confluentibus procreatum censuerunt, illi Iouem, ætheream regionem scilicet, & vniuersum denique orbem à Fortuna nutritum putarunt, cuiusmodi fuit Epicuri & nonnullorum opinio: illi siquidem

10 Sunt, qui in fortunæ iam casibus omnia ponunt,

Et nullo credunt mundum rectore moueri.

Memoria proditum est præterea Iouem Saturnum de regno depulisse, & in vincula coniecisse, quia Saturnus extra naturam agit regionis prædictæ, cuius vim æthereæ regio obtudit. Huic partes genitales abscedit Iupiter, quia nullo tempore alius mundus generabitur, cum hic confleret ex vniuersa materia. Atqui illud repugnare videtur, quod scriptum est à nobis superius, quod sub Saturno sanctissima legum maiestas viguerit, & vis æquitatis; & quod ipse vel nature ipsius vincula, quibus homines inter se coniunguntur,

30 tam nefarie violauerit, cum filios suos necaret. At illud scire conuenit, homines tunc simplices, non ad Saturni exemplum viuere solitos, qui verè & filios regno priuauit, & fratrem Titanum, sed ad legum ab illo institutarum rationem. Semper enim fuit is regnantium futor, ut cum vel filius, vel frater, vel coniunctus in aliquam suspicionem inciderit, corrumpente vestigio omnia nature vincula, neque quidquam magis periculosum est aut minus constans, quam regnantium amicitia. Huc accedebat quod homines in Imperio constituti seuerissimè ceterorum illa vitia maxime puniunt, quibus ipsi sunt obnoxii, neque cumites scelerum habere facile pariantur. tunc igitur ob acerbiteriam poenarum homines simplices, utpote recentiores, &

30 natura perhumani facile à vitiis resignabantur, quo accidit ut omnia pacatissima, omnia tuta, omnia suauia essent mortalibus: quod viuendi genus aurea ætas, & incredibilis ferarum inimicissimarum concordia dicta est. Inde vulgatum fuit flumina lactis & nectaris plena deluxisse, damas impune cum canibus lussisse, feras crudelissimas cum domesticis animalibus stulari fuisse: quod nihil aliud sanè significauit, quam viros bonos legum patrocinio fuisse tutos à sicariis crudelissimis. Nam cum cepissent homines sub Ioue pristinam simplicitatem deponere, & impunitas propter adiutores Iouis dum patrem de Regno depelleret, data fuisset sceleribus, omnis pristina liberè viuendi licentia soluta est: via patefacta ad prædæ impuris latronibus; ostia patuerunt adulteris, licentia data est sicariis; neque homines iam Regia instituta, sed vitæ lasciuia ac temeritate imitari sunt. Nam cum Iupiter patrem de Regno deiciens propè patricidium commississet, paternamque crudelitatem omnino superasset, quibus verbis eos coercere potuit, quos cum priuatis armis scelerum suorum socios habuisset: aut quibus verbis illos poterat ad æquitatem reuocare, quibus ad omnes iniurias animos incitasset? Inde sumpta est fabula à poetis quod Ioue imperante omnia antiquorum pigritia expulsa est, & in omnes volucres, & feras, & pisces ab hominibus se-

ratione

ratione & poetis decantanda ? Quod ab humanarum carniū esu homines
absterruerit, id vnum præclarum est inter omnia quæ de Ioue commemorā-
tur facinora : qui cū ad esum glandium illos conuertisset, meruit iure opti-
mo, vt sibi glandiferæ quercus consecrarentur, atque in Dodonæ monte,
qui frequentissimis quercubus veltigebatur in Chaonia Molossorum regio-
ne, nobile fuit Chaonii siue Dodonæ patris oraculum, quod vel ex malorū
dæmonum illusionē, vel sacerdotum fraudibus à petentibus sortes consule-
batur, vbi columbæ dux dicebantur dare responsa. Hæc ea sunt quæ ad na-
turalium rerum principia viresq; pertinebunt, inter illa quæ de Ioue ab an-
tiquis scriptoribus memoriæ prodita sunt ; quæ ab historia originem sumē-
tia, ad philosophicam rationem mox retorquentur. Nam si quis ea, quæ dicta
sunt de Ioue, recte perpendat, vniuersa propè naturalis philosophiæ prin-
cipia sub his occultari comperiet. Nunc quæ spectent ad humanæ vitæ
institutionem, perquiramus. Quod Iupiter cum natus esset, fuerit Saturni
voracitati & crudelitati surreptus, quid aliud significat, quàm diuitiis nul-
lum locum esse tutum, ac neque inter suos quidem natura coniunctissimos ?
quippe cum opulentiā vndique sit insidiis circumuenta, neque vllum vide-
re licet breuissimo tempore diuitem factum, qui sit idem vir bonus. Aegro-
na igitur aduersus Iouem etiam excitantur poëtæ, vt ab externis & à con-
iunctis circumdendi demonstrarent Reges, vbi spes imperandi oblata fue-
rit. Nulla est enim vel fides, vel Deorum immortalium religio, vbi maxima-
rum diuitiarum splendor enituerit, vel vbi fuerint vires eximix : quibus re-
bus qui maxime excellunt, vel Deos ipsos solent paruifacere. Huic linxe-
runt antiqui assidere Pudorem & Aequitatem, cum sapientem Principem
formarent, quia maxima erga sapientem virum est omnium reuerentia, quæ
aduersus tyrannos nulla esse potest, cum illis assideat Iniuria & Timor. Id ita
esse confirmatur vel ex eo, quod Iupiter siue consilium duxit uxorem,
quæ prudentia est rebus domesticis conseruandis necessaria. Hanc uxorem
Iupiter deglutiuit, ex quo nata est Pallas cum aurum pluit in Rhodiorum
insula, quod significare voluit imbibendum esse consilium virorum bonorū,
vt inde nascatur sapientia, quæ felicitatem sola & tranquillitatem rebus
humanis potest impartire. Quod Iupiter cum Rex esset Deorum ac homi-
num ad Danaen Acrisioneam aurum descenderit, & postea in tot alias for-
mas brutorum ob amores mulierum fuerit mutatus ; quid aliud significat,
quàm avaritiæ & largitionibus omnia parere, nihilque tutum esse, quod ab
insignibus diuitibus oppugnetur ? Deinde necesse est, vt is, qui ad alienas
uxores illegitimè accedit, cum vel humanam vim, vel Dei vindictam, vel in-
famiam timeat, varios effectus induat belloarum ; nam modo timidus sit,
modo furibundus, vnde illa de Ioue adultero sæpius sunt excogitata. Nemo
enim potest retinere Regiam dignitatem & illegitima eodem tempore per-
petrare ; quare scitè dictum est id ab illo poëtâ ;

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur,
Maiestas & Amor.

Quo pacto aquila ad Iouem Ganymedem attulerit, non conueniunt inter
se scriptores, nam cum fabulati sint poëtæ, quod illa, quæ prima sacrata est
Ioui ob suspiciū, aduolans rapuerit ; inquit ex historiographis alii co-
hortem fuisse, quæ aquilam insigne haberet, alii maluerunt foisse nauigium,
quod aquilam in prora haberet pictam, quod raptum Ganymedem ad Iouē
dētū-

04

Pontus subhinc in continentemq; proficit.

Tellus eos rursus agit solem in rapidum.

celo e il, modo in x: here, modo e il ser, n

Nam modo in celo est, modo in aëthere, modo est aer, modo fatum, modo sub aquis, modo sub terra, modo in imbrem, modo in varia animalia se mutat, qua conditione quid dici aut excogitari potest miserius? Sed Iovem tam multiplicem ac per omnia vagantem relinquamus, & ad Saturnum orationem nostram convertamus.

Cap. 11.

20

In huius parentibus diiudicandis sequemur. Plazo Saturnum Oceani &

Tethyos fuisse filium scripsit in Timæo his verbis; τῆς αἰῆς ἑσπερίῃ καὶ ἰσθμῷ Ἰσθμῷ

καὶ δι' αὐτὸν ἔσται ἡ ζωὴ ἡ ἀθάνατος, καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμεῶν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα αἰῶνος. ἀμήν.

ut ab his est traditū, horum Deorum ortus habeatur, atq; dicatur, ut Ōcea-

remus: ex his Phorcyn, Saturnum, & Opem: deinceps Iovem, atque Juno-

demus, & eorum, ut utamur veteri verbo, Προφάσιμ. At Hesiodus in ortu

ἡμεῖς γὰρ οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἐκλάμεθα τίτις ἐσμὲν

Ποσοστό γένεσης από την επένδυση σε ακίνητα: 10,0%

၇၆၅ နေပြည်တော် အောက်တိုဘာ ၁၉၇၁ ခုနှစ်

In primis, quos Terra tulit, Cœlumque supern

Journal of Management Education 30(6)

τοὺς δὲ αὐτὸς ἐπιδότατος γένεταί τοι ἀνταλάρτοις.

ταύτην δὲ ἀλλ' ὁ πλοῦτατος γένετα κρείσσον ἀναλαβόμενος.

hymno quodam in Saturnum composito ita

Γαίης· βλάττωσ, καὶ τὸ γένος ἀνθρώπων·

Γαίης· βλάττει αἶμα καὶ οὐρανὸν ὁμοῦ δόξα γὰρ αὐτῇ.

ed. Coeli, modo Oceani fuisse filiū Saturnum, &

modo Tethys fuit Salacia, ne plures commemorem: quæ res tam diversa

...afflictione ex matre quod Celus Cyclopas in tartarum vinclos deciscillet, id

18

五、